UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm R.P. Pavli Laymanni Societatis Iesv Repertorivm seu Compendiosa Per Alphabeticvm Ordinem Descriptio

Laymann, Paul

Dilingæ, 1664

O

urn:nbn:de:hbz:466:1-62577

Visual Library

Negligentiæ in pœna, ſi ſit latæ ſententiæ, non conceditur mora purgandi. p. 499.

Negligens impedire delictum quomodo puniendus? p. 602. n. 4.

Negligens inferior v. g. Prælatus quomodo à Superiore compellendus ad officium. p. 718. n. 4.

Negotium.

Negotium uno contextu fieri, quid ſit? p. 360. n. 2.

Negotium cum conſilio aliorum gerendum potest committere alteri cum eadem conditione conſilij. p. 372. n. 1.

Negotiationes Clericis prohibitas qui exercent, non ſunt ordinandi. p. 561. n. 4.

Negotia omnia noctu geri poſſunt, niſi Ius aut conſuetudo obſtet. p. 638. n. 3.

Negotiorum geſtor an & quomodo expenſas repetere poſſit? p. 788. n. 2.

Nepos.

Nepos Clerici ex filio illegitimo poteſt ſuccedere Avo in eadem Eccleſia & beneficio. p. 546. n. 3. An in beneficio etiam immediatè, ſaltem vivo adhuc patre. p. 553. n. 2.

Nepos in lege pœnali non comprehenditur nomine filij. ibid.

Nobilis.

Nobiles plerumque mitiùs puniendi. p. 648. n. 3.

Nobilitate delinquentis augentur aliqua crimina. ib.

Nobiles in Germania ſolent per pacta gentilitia renuntiare hæreditati debitæ. p. 766. n. 1.

Nolitio

Noluntas an & quomodo ſit impoſſibilitas? p. 631. num. 3.

Nominatio.

Nominatur qui prior, cenſetur dignior. p. 109. n. 4.

Nominis aut Cognominis error nihil obeſt, ſi de perſona conſtat. p. 134. n. 2.

Nominatio in quo differat ab Electione? p. 229. n. 5. Eſt duplex. ibid.

Nominandi Ius non competit Laicis, niſi ex ſpeciali commiſſione aut privilegio Pontificis. ibid.

Nominandi Epiſcopi Ius olim competebat laicis. p. 234. n. 13. Sed hodie etiam non niſi ex ſola Pontificis conceſſione. p. 234 n. 14.

Nominatio aliquorum pro Electione non tribuit eis Ius. p. 306. par. p. 307. n. 1.

Nominatio ſi ſit Electio, fieri debet intra Eccleſiam cathedralem, niſi neceſſitas excuſet. p 306. par.

Nominari ſolent ut Epiſcopi, ita & alij Prælati immediatè Pontifici ſubiecti, à loco aut Vrbe. p. 369. princ.

Non-uſus.

Non uſu an & quomodo amittatur facultas ſtatuti, conſuetudinis aut privilegij? p. 207. n. 5.

Vide ſuo loco.

Non-uſu XXX. Annorum extinguuntur Actiones. ib.

Non-uſu Privilegium conſecrandi vaſa ſacra cum chriſmate non amittitur. p. 494 n. 18.

Non-uſus diuturnus facit præſumptionem, privilegium vel non eſſe datum, vel revocatum. ibid.

Notarius.

Notariorum Inſtrumentis etſi ſolœciſmus inſit, ea non vitiat. p. 83. n. 2.

Notariorum Inſtrumentis etiam hora addi ſolet. p. 90. n. 8.

Notarij in ſalario exigendo à Iudice refrænandi. p. 166. n. 16.

Notarius adhiberi poteſt etiam in ſcrutinio. p. 345. num. 5.

Notarius olim dictus Primicerius, cur? p. 581.

Notarium conſtituere, aut vocare non eſt actus Iudicialis. p. 626. n. 3.

Notorium.

in Notoriis non eſt citatio neceſſaria, niſi ad audiendam declarationem notorij. p. 44. n. 17.

Notorium ſi ſit factum, ſupplet in eo Iudex parte etiam non petente. p. 102 n 2.

Notoria ſi ſit Obreptio Reſcripti, Iudex ex officio irritare poteſt. p. 109 n. 2.

Notoria in cauſa, an proceſſu ſit opus? p. 295. n. 7. p. 326. n 8. p. 552.

Notoriis in factis an & quomodo detur Appellatio? p. 673. n. 2.

Notoriis in cauſis quomodo procedendũ? p. 728. n. 1.

Novalia.

Novalia ſua ſi Religioſi ipſi colant, non tenentur ex illis dare decimas. p. 776. n. 1. Debent autem Coloni. ibid.

Novitas.

Novitas eſt Mater diſcordiæ & querelæ; nec facilè inducenda. p. 189. n. 2.

Novitius.

Novitius non poteſt eligi in Prælatum Eccleſiæ Regularis, niſi Cathedralis. p. 305. n. 1. p. 423.

Novitiatûs anno nondum abſoluto poterat ex diſpenſatione Legati fieri olim Profeſſio; non item hodie. p. 335. n. 5. Eligi in Prælatum Regularem nunquam potuit, niſi per Pontificis diſpenſationem. p. 336 n. 5.

Novitij non debent ad Electionem cum profeſſis admitti. p. 435. n. 2.

Novitiæ ſi allatam dotem repetant & recipiant, ſignificant ſe nolle profiteri. p. 465. n. 3.

Novitiatum ingreſſurus ut renuntiet ſuis beneficiis, non eſt conſultum. p. 465. n. 4.

Novitius ſi ante duos menſes profeſſioni proximos renuntiet beneficio, eſt id invalidum. p. 465. n. 4.

Novitij beneficium tempore probationis adminiſtrandum per Vicarium. p. 465. n. 4.

Nullitas.

Nullum quod eſt, nullum producit effectum. p. 179. n. 2. p. 612. n 3.

Nullitas ſententiæ latæ poteſt totam cauſam devolvere ad ſuperiorem. p. 612. n. 3. Æquivalet Appellationi. ibid.

Nullitatis viâ ſi poſſit agi, Reſtitutio in integrum non habet locum. p. 833. n. 2.

Obedientia Vide *Abbas Prælatus, Religioſus.*

Obediendum non eſt Principi jubenti id, quod peccatum, vel Reip. manifeſtè noxium eſt. p. 73. n. 3.

Obedientiæ votum tribuit Prælato in Regulares ſuos plenam poteſtatem. p. 105. n. 3.

Ab Obedientiâ Monachos abſolvere non poteſt Prælatus, quamdiu habet Prælaturam. p. 485. n. 1.

Obedire ſi populus malitioſè renuat, an & quomodo poſſit Epiſcopus renuntiare? p.479. n.8.

Obedire quomodo Superiori teneatur ſubditus præcipienti contra legem? p.514. n.2.

Obedientiæ debitæ contraria promiſſio non obligat. p.729. n.1.

Obedientiam Epiſcopo ſpondere an teneantur Clerici in ſcripto, vel cum Iuramento? p.737. n.2. An Parochi, cum inveſtiuntur? ibid.

Obedientia præferenda eſt bono temporali. p.738.

Obedire vi voti an debeant Regulares delegato Prælati? p. 745. n.6.

Obligatio.

Obligatio ſemel extincta nunquam reviviſcit. p.156. num.2.

Oblivio.

Oblivio facti proprij non præſumitur, niſi ob diuturnitatem. p.615. n.2.

Obreptio. Vide *Reſcriptum.*

Obreptio Reſcripti ſi ſit notoria, irritare id poteſt Iudex ex officio parte non petente. p.102. n.2. Vti & ob publicam utilitatem. p.109. n.2.

Obreptionem tollit Clauſula *ex certa ſcientia, motu proprio.* p.121. n.5.

Obreptio fieri poteſt vel ex fraude & malitia, vel ex ſimplicitate & ignorantia. p.102. n.2. Prior reddit totum Reſcriptum irritum. ibid. Niſi partes ſint ſeparatæ. ibid. § *Quod propter.* Vel dolus ſit ab alio quàm ab impetrante commiſſus. p.103. n.2. Poſterior non ſemper. p.102 n.2. §. *Diſcrimen.* p.103. n.4. §. *Declarandum.*

Obreptio ſi ſit doloſa, ſit Reſcriptum Iuſtitiæ irritum exceptione tantum, aut officio Iudicis. p.102. n.2. §. *Nunc vero.* Reſcriptum Gratiæ ipſo Iure. p.103. n.4.

Obſes.

Obſides dari poſſunt ad confirmandum compromiſſum. p.856. n.2. Quando dari ſoleant? ibid.

Occultum Vide *Crimen.*

Odioſum.

In Odioſis Verba ſunt accipienda ſtrictè. p.137. n.2.

Odioſa aut favorabilis quandonam cenſenda diſpoſitio? p.159. n.3.

Officialis Vide *Vicarius Generalis.*

Officialis principalis Epiſcopi poteſt à Pontifice eiúſque legato dari delegatus. p.162 n.2.

Officialis principalis Italis; eſt Vltramontanis Vicarius in ſpiritualibus Generalis. p.162. n.3. p.588. n.3.

Officium ſi in una Diœceſi ſint plures, quis illorum delegatas cauſas expedire poſſit? p.162. n.3. p.588. n.7.

Officialis in commiſſione Pontificia an poſſit aureum aliàs conſuetum pro labore audiendi teſtes accipere? p.165. n.13.

Officialium debitis, ſi aliter non poſſit, alicubi rectè ſolet ſatisfieri per bona propria liberorum aut uxoris. p.192. n.7.

Officialis publicus debet ſuo etiam damno publicam Autoritatem tueri. p.460. n.3.

Officiales publici ſeu curiales non ſunt ordinandi ante depoſitum munus & rationes redditas. p.560. n.1.

Officiales inferiores prælato quid poteſtatis habeant in Regulares? p.745. n.6.

Officium.

Officium ſubinde idem eſt ac Dignitas & Perſonatus; ſubinde diverſum quid. p.199. n.1.

Officium eſt adminiſtratio aliqua ſine præeminentiâ & Iuriſdictione fori externi. p.200. n.1.

Officia, dignitates aut perſonatus duos in una Eccleſia non poteſt quis habere ex conſuetudine ſed ex diſpenſatione. p.200. n.3. & 4. *Vide* Pluralitas.

Officium, Dignitatem, aut Perſonatum habere quis poteſt in una Eccleſia cum Canonicatu per conſuetudinem, per Epiſcopum, &c. p.201. n.6.

Officia clauſtralia etſi ſint manualia, poſſunt à Pontifice concedi alicui in perpetuum. p.276. n.1.

Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum. p.320. n.3. p.424. n.2.

Officium Abbatis in quibus actibus conſiſtat? p.492. num. 11.

Officium Epiſcopi aut Abbatis quid potiſſimum ſit? p.534. n.2.

Officium & Poteſtas quomodo differant? p.600.

Officium Iudicis mercenarium eſt, quod Actioni deſeruit. p.735. n.1. Nobile non eſt Actioni alligatum. ibid.

Officij imploratio & Actio quomodo differant? p.735. n.2.

Officium Iudicis ſi imploratur, an & quomodo opus ſit conteſtatione litis? p.735 n.3.

Oleum.

Oleum duplex Catechumenorum & Infirmorũ p.540.

Omne.

Omnia qui dicit, nihil excludit. p.65. n.5.

Vox *Omnia* ſubſequens ſignificat tantùm ſimilia antecedentibus, vel ijs connexa. p.92. n.3. Adiecta voculæ *alius* comprehendit etiam maiora. ibid. p.93. n.4. Niſi Ius vel ſtylus aliud exigat. p.92. n.3.

Opinio.

Opinio probabiliori debet adhærere Iudex in caſibus per legem aut ſtylum indeciſis. p.8. n.17.

Opinio communis eſt probabilior. p.8. n.17.

Opinio pauciorum ſæpè præferenda eſt plurium. p.8. num.18.

Opinione communi, ſi actus invalidus habetur pro valido, eſt validus Iure ſupplente defectum. p.225. n.2.

Opinio probabilis ſuper Iuris intellectu excuſat. p.226. n.4.

Optio.

Optio præbendæ eſt Ius ſuâ relictâ accipiendi aliam vacantem. p.205. par.

Optio præbendæ non requirit ullam collationem. p.205. n.1.

Optare præbendam poteſt etiam excommunicatus. p.206. n.3. p.205. n.1. quo modo?

Optandi præbendam conſuetudo valet. p.205. n.1. quantum tempus ad illam ſufficiat & requiratur? p.206. n.2. & 3. Quomodo locum etiam habeat in permutatione beneficiorum? p.206. n.4. Non tollitur per Non-Vſum. p.207. n.5. Non extenditur ad præbendas Vacantes in Curia aut reſervatas, ſed ad devolutas. p.207. n.6.

Optare ſemel tantùm poſſumus legatâ ſervi electione. p.226. n.3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Optionem ſemel factam deſerere quando poſſit contrahens? ibid.

Optandi Ius habent Antiquiores Canonici præ alijs, p.753.n.2.

Oratorium.

Oratorijs in privatis ne celebrent Regulares exempti, poteſt Epiſcopus impedire, etiam per Cenſuras. p.709.n.3.

Ordinarius. Vide *Epiſcopus*, *Iudex*.

Ordinarius non poteſt procedere contra eos, quos conſtat eſſe in poſſeſſione exemptionis. p.77.n.11. Neque poteſt illos pendente lite in ea turbare. ibid.

Ordinarius poteſt, ex privilegio tantùm aut præſcriptione exemptos, citare ad id oſtendendum. p 77.n.12. Contra renuentes poteſt ſua Iuriſdictione uti. ibid. Neutrum poteſt erga exemptos Iure communi. ibid.

Ordinarius non poteſt in dubio de exemptione cognoſcere, an ſua ſit Iuriſdictio. p.77.n.12. p.90.n.7. Poteſt id in aliquibus alijs dubijs. p.87.n.1. Et ijs pro ſe bona fide reſolutis validè procedit in cauſa principali. n. 2. *Vide* Iudex.

Ordinario ſi objiciatur defectus totius Iuriſdictionis non poteſt is de illa efficaciter cognoſcere. p.90.n.7. p.131.n.3. Poteſt delegatus. p.131.n 3.

Ordinarius cautè examinet in Reſcriptis Veritatem precum ex tempore *datæ* & forma litterarũ. p.100.n.7.

Ordinario mandata dare poteſt delegatus circa ſuam cauſam. p.113.n.1.

Ordinario ſi quid mandet delegatus, litteras delegationis in fidem ei exhibere debet. ibid. p 653.n.1.

Ordinario quid faciendum, ſi delegati diverſi diverſa mandant in eadem cauſa? p.113. par. & n. 2.

Ordinarius non poteſt in dubio de Iuriſdictione delegatorum eſſe Iudex. p.113.n.2.

Ordinarius Ordinariorum eſt Pontifex. p.133.n.1.

Ordinarius non fit delegatus, ſi quid ante iam ei ſubiectum ſuperior mandet. p.149 n 3. p.716.n.3. p.723. n.1. Niſi expreſsè ſignificet. p.149.n 4. Aut ex adiunctis colligatur. p.717.n.3. p.723.n.2. In dubio non præſumitur factus delegatus. p.717.n.3.

Ordinariorum quoque gratiæ non ultra Verborum vim extendendæ. p.153.n.2.

Ordinarij diſcutiant diſpenſationes circa pluralitatem Curatorum aut Incompatibilium beneficiorum. p.200.n.5.

Ordinarius ſi electionem, alioqui ſui Iuris, confirmet pendente appellatione, confirmatio eſt invalida. p.436. num.1.

Ordinarij collatio eſt irrita, ſi Pontifex prævenit; & econtra. p. 448. n. 1.

Ordinarios decet imitari ſtylum Curiæ Romanæ. p.466.n.3.

Ordinarij nomine intelligitur etiam Vicarius. p 598. num.9.

Ordinaria ſit an delegata poteſtas Vicarij ad ſpecialia? p.600.n.14.

Ordinarius quis? & quomodo differat à delegato? p.600.

Ordinario æquiparatur delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum, p.622. n.2.

Ordinarius poteſt ſententiam ſuam revocare. Si ſit ipſo Iure irrita. p.612.n.3. Non item aliam malè latram. ibid. Quoad hoc inter illum & delegatum diffeentia. ibid.

Ordinarij ſententia ſi ſit ipſo Iure an ſine alia appellatione poſſit adiri ſuperior? p.612.n.3.

Ordinarij ſi plures ſint ad unam cauſam, poſſunt ſinguli ſimul & ſeorſim judicare. p.621.n.2. plures delegati non niſi ſimul. ibid.

Ordinario datum à Superiore Mandatum non expirat per mortem mandantis, licet res ſit adhuc integra. p.626. num.5.

Ordinarius quid agere poſſit vel debeat, ſi delegatus iniuſtæ ſuæ ſententiæ executionem illi mandet? p.649. num.7.

Ordinario parendum eſt in dubio de ſua Iuriſdictione. p.654.n.3. Non item delegato. ibid.

Ordinarius quomodo poſſit Iuriſdictionem delegatam revocare? p.662.n.4.& 5. p.675.n.2. Quomodo privilegia & facultates? p.663.n.6.

Ordinarius etſi condemnatus ſit ut ſuſpectus, poteſt à partibus iterum aſſumi. p.677.n.3. *Si nolint*, poteſt & debet delegare alteri. ibid.

Ordinarius Iuriſdictionem exercere voluntariam poteſt extra ſuum territorium. p.693.n.2. Non item contentioſam. ibid. Niſi in Notoriis, vel conſentiente Ordinario loci. p.694.n.2.

Ordinarius Iudex erga Clericos non-exemptos, & Laicos quoad cauſas ſpirituales vel mixtas, eſt in diœceſi ſua Epiſcopus. p.701.n 1.

Ordinarius erga ſuos ſubditos eſt Prælatus habens Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. p.701.n.2.

Ordinarius poteſt reum cogere ad deſiſtendum à peccato publico, ſi Iudex Appellationis malè ceſſet. p.707. num.1.

Ordinarius de Iure Canonico poteſt alteri delegare, quæ ſunt etiam meri aut mixti Imperij; p.713.n.2. Non item de Iure Civili. ibid.

Ordinarius non poteſt abſolvere excommunicatum à delegato Papæ. p. 715. par.

Ordinarius ſi procedat ut delegatus, cùm non ſit, acta eius ſunt irrita. p.717.n 4.

Ordinarius brachium ſeculare, ſi neceſſe ſit, invocare poteſt. p.719.n.3.

Ordinarij eſt inquirere, an beneficiati ſint canonicè inſtituti? p.728.n.1.

Ordinarij nomine intelligitur, qui poteſt inſtituere & deſtituere. p.728.n.1.

Ordinarius quomodo ſe gerere debeat aut poſſit, cum habente plura beneficia incompatibilia? p.727.par. & p.728.n.2.& 3. Quomodo cum habente plura compoſſibilia? n.2.

Ordo.

Ordo præfixus in Reſcriptis & Mandatis ſervandus. p.109.n.3. Eius perverſio vitiat ipſo Iure proceſſum. ibid.

Ordo Romanus.

Ordo Romanus eſt liber antiquiſſimus ex PP. collectus. p.2.

Ordo Sacramentum.

Ordinis Epiſcopalis propria non poſſunt præſcribi ab inſe-

inferioribus Clericis. p. 178. n. 2.

Ordo ſacer quis & quibus beneficiis ſit annexus? p.254. n.2.

Ordine ſacro carens non habet vocem in Capitulo. p.254 n.2.

Ordinem ſacrum beneficio annexum non recipiens præſcripto tempore quam pœnam incurrat? p.255.n.3. Excuſatur, qui inculpabiliter non recipit. p.260. n.20.

Ordinis Epiſcopalis Actus non poteſt exercere Epiſcopus nondum conſecratus. p.277.n.4 p.490.n.3. Quinam illi? ibid.

Ordinis Epiſcopalis aliquos actus Pontifex committere ſolet ſimplicibus Sacerdotibus in dignitate conſtitutis, aliquos non. p.491.n.6. Nullos Epiſcopus. ibid.

Ordines ſacros conferri præmiſſo Ieiunio eſt ab Apoſtolis inſtitutum. p.505. n. 1.

Ordinum ſingulorum interſtitia quæ & quanta? p.512.n.3. In ijs diſpenſare, etiam cum exemptis poteſt Epiſcopus, vel ſede vacante Capitulum. p.513.n.4. Ea non obſervantes nullam incurrunt cenſuram. ibid.

Ordo ſacer eſt aliquibus dignitatibus & beneficiis annexus. p.527. par. Impeditus iuſtà cauſâ ab ordine, an ſit privandus beneficio? p. 528.

Ordinem Sacerdotalem intra annum non recipiens Curatus eſt ipſo Iure privatus beneficio. p. 530. Niſi ſit juſtè impeditus. ibid.

Ordo ſacer quis? p. 534. n. 1.

Ordines ſacros inter olim non fuit Subdiaconatus? p. 534. n. 2.

Ordo Clericalis quomodo ſit etiam Tonſura? p.535. num. 1.

Ordo ſacer quomodo ſit Epiſcopatus? p. 535. n. 1.

Ordines ſunt ſeptem. p. 535. n. 1.

Ordine ſacro dignus, dignus eſt etiam beneficio. p. 537. n 1.

Ordines exercere faciliùs permittitur mutilatus ſine culpa quàm ex culpa. p. 562. n. 2.

Ordinans Vide *Epiſcopus quoad Ordines.*

Ordines minores conferre poſſunt Abbates ſuis Regularibus. p. 277. n. 3.

Ordinandi facultatem dare poteſt aliis Archiepiſcopus nondum obtenta conſecratione & pallio. p.268. n 1.

Ordinare non poteſt Archiepiſcopus ante acceptum pallium. p.306. par. p.460.n.1. Niſi iam ante fuit Epiſcopus. p. 458. n. 5. Extra provinciam ordinare debet ſine pallio. p 458. n. 3.

Ordines ſacri non debent die dominico conferri. p.308. n. 10.

Ordinare neminem debet Epiſcopus ipſo die ſuæ conſecrationis. p 308. n. 10.

Ordines ſacros conferendi poteſtas ſolet tantùm committi Epiſcopis. p.491. n. 6. Minores & Tonſuram etiam aliis. ibid.

Ordines Minores aut Tonſuram conferendi poteſtas non poteſt à non-Epiſcopo obtineri per ſolam conſuetudinem. p. 491. n. 7.

Ordines Minores & Tonſuram quo Iure olim contulerint Abbates p. 493. n. 13. p. 535. n. 2. Hodie per Trid. conferre poſſunt ſuis Regularibus. p 493. n. 14. Si habeant ius mitræ & baculi. n. 16. Secularibus, non niſi habeant in proprio territorio Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. n. 15. Vel Epiſcopus ſpeciatim de ſingulis conſentiat. n 17.

Ordines ſacros nemo poteſt extra Quatuor Tempora conferre niſi Pontifex. p. 504. n. 1.

Ordines conferre die quâ dedicatur Eccleſia vel Altare, eſt abuſus & tollendus. p. 505. par.

Ordines minores poſſunt conferri die dominico & quovis feſto. p. 505. n. 2. p 506. n. 3. Modò non tam multis, ut videatur eſſe ordinatio generalis. p. 506. n. 1. Poſſunt conferri ſimul eodem die etiam cum prima Tonſura. n. 4. Non tantùm in Sabbato, ſed etiam Feriâ IV. vel VI. antè; extra Sacrificium; à non-Ieiuno. ibid. Extra Eccleſiam n. 5.

Ordines conferri non debent in Sabbato Pentecoſtes. p 505.

Ordines ſacros ſolent Græci conferre extra quatuor tempora. p. 510. Neque id damnatur, ſed toleratur ab Eccleſia latina. p. 511. n. 2. Latinis tamen ita à Græcis recipere non licet. p. 510. Recipientes autem cum licentia Ordinarij non ſunt ſuſpendendi. p. 511. n. 1.

Ordines duos ſacros, aut Minores cum Subdiaconatu, una die accipiens, aut uni conferens eſt ſuſpenſus. p. 512. n. 1. Fit ex Sabbato & Dominicâ dies una, ſi ordinans continuet in Sabbato quoque jeiunium. n. 2.

Ordinans aliquem ante legitimam ætatem eſt ſuſpendendus. p. 513. n. 2.

Ordinem ſacrum alicui ſine titulo aut patrimonio conferens, debet ei beneficium vel alimenta dare. p 514. n. 3. Vti & conferentis ſucceſſor. p. 537. n. 4. Imo Prælatus, ſi quis illum præſentauit. ibid. Aut Archidiaconus, ſi in culpa fuit. ibid. Non item Examinatores. ibid.

Ordinans ſubditum alienum ſine dimiſſoriis ſuſpenſus eſt per annum à collatione Ordinis dati. p. 517. n. 1. Imo etiam aliorum omnium iuxta probabiliorẽ. p. 518. n. 2. Niſi rationabiliter ſibi perſuaſerit proprium Ordinarium fore contentum n. 3. Sive iam ſit Epiſcopus, ſive alius Prælatus. p. 518. n. 5. Quid de conferente primam Tonſuram. p. 521. Poſſunt interea ſubditi liberè ab aliis accipere ordines. p 517. par. Primam Tonſuram autem non ſine dimiſſoriis. p. 522. n. 1. Quas ſuſpenſus dare poteſt. n. 2.

Ordinans ſuum ſubditum in aliena Diœceſi abſque expreſſa licentia Ordinarij eſt ſuſpenſus per annum ab exercitio Pontificalium. p. 519. n. 6. Bona tunc fides excuſat. ibid. An etiam ſi locus, in quo ordinat, ſit exemptus? n. 7. Aut ſi tantum conferat primam Tonſuram? n 8.

Ordinare aliquem poteſt Epiſcopus originis, vel beneficij, vel domicilij. p. 520. n. 1.

Ordines Minores conferens Infanti, Illiterato, aut Coniugato non eſt ipſo Iure ſuſpenſus. p. 522. n. 2.

Ordines quos adhuc conferre poſſit Epiſcopus, qui loco tantùm vel etiam Dignitati renuntiauit? p. 525. par. p 526. n. 1.

Ordinare nemo debet alienum ſine dimiſſoriis, etſi Iuramento ſupplere velit; p. 571. par. An ſi per teſtes legitimè probet? n. 2.

Ordinatus à Pontifice eſt magis honorandus, quàm alij. p. 739. Non eſt exemptus ab Obedientiâ & poteſtate Epiſcopi. ibid. Ab Epiſcopo non poteſt ad ulte-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ulteriorem ordinum promoveri. ibid.

Ordinandus.

Ordinari poteſt Iudæus ſatis in fide probatus. p.79. num. 3.

Ordines ſacri nemini conferendi, niſi habeat honeſtam ſuſtentationem. p. 118. n. 7.

Ordinis Impedimentum habens tenetur id fateri vel abſtinere. p. 210. n. 2.

Ordinatus à ſchiſmatico denuntiato eſt ſuſpenſus vel potius irregularis. p. 244. n. 3. Non poteſt eligi aut promoveri. ibid.

Ordinatus culpabiliter extra tempora eſt ſuſpenſus ab acceptis. p.509. Item ante legitimam ætatem. ibid. Etablata etiam ſuſpenſione non poteſt exercere ordinem, niſi poſt obtentam legitimam ætatem. p.513. n.2.

Ordinari extra tempora Mendicantes poſſunt vi privilegij. p. 509.

Ordinem ſacrum accipiens ab alieno Epiſcopo ſine dimiſſoriis eſt ſuſpenſus à ſuſcepto. p. 509. p.511. n. 1. p.518. n.4. Si id fecerit cum dolo aut culpa mortali. p.511. n. 1. Inculpabiliter, aut Minores tantùm accipiens, non eſt propriè ſuſpenſus, ſed inhabilis. p. 511. n. 1. p.517. par. p. 518. n. 4. Vnde & miniſtrans in ordine accepto non fit irregularis. ibid.

Ordinem vel Tonſuram à Pontifice accipiens non poteſt ſine eius licentia ab alio alium accipere. p. 511. p.739. An idem ſit de accipiente ab Epiſcopo? ibid.

Ordinatus ex ignorantia vel ſimplicitate ante legitimam ætatem, poteſt eâ obtentâ celebrare abſque diſpenſatione. p. 513. n. 2.

Ordines ſi Vltramontanus ſine dimiſſoriis cauſam exprimentibus ſuſcipiat ab Italo, eſt ſuſpenſus. p.516. Aut etiam primam Tonſuram. ibid. Non econtra. ibid.

Ordinari poteſt Clericus liberè à quovis Epiſcopo, ſi à proprio propter eius cenſuram nequeat. p. 517 par. & princ.

Ordinatus à proprio Epiſcopo in aliena Diœceſi ſine licentia Ordinarij, eſt inhabilis ad executionem Ordinis, etſi nihil peccarit. p. 519. n. 6.

Ordinandi à quo debeant vel poſſint prius examinari, & circa quid? p.522. & ſeqq.

Ordinandi in Diaconos aut Presbyteros debent præſentari ab Archidiacono? p. 523. Teſtante eos eſſe dignos; quo ſenſu? p. 524.

Ordinandi impedimentum occultum ſciens, debet cum prius, tum ſuperiorem monere. p.524. n. 3.

Ordinem ab Epiſcopo inhabili accipiens fit inhabilis ad eius executionem. p. 526. n. 2. Etſi metu gravi ſit adactus. p. 527. n. 2. Inhabilitas hæc non eſt ſuſpenſio. p.526. n. 3. A quo poſſit tolli. ibid. & p.527. n. 1.

Ordinari ſuperiore Ordine nemo invitus debet, quo ſenſu? p. 531. n. 2.

Ordinandus an & quomodo debeat inſtrumenta tangere phyſicè vel moraliter? p. 544. n. 3.

Ordinari in ſacris non poſſunt illegitimi ſine diſpenſatione Papæ. p. 550. n. 1. p. 556. Si tamen ordinati ſint, debet eis de beneficio provideri. ibid. p.558 n. 6.

Ordinari in Minoribus poſſunt illegitimi per diſpenſationem Epiſcopi. p. 556. par

Ordinari non debent ſervi, niſi manumiſſi. p. 559. ſive iam cum reſervatione aliqua, ſive abſolutè. p.560.

Ordinandi non ſunt Procuratores, Syndici, Curiales, & Tutores ante depoſitum munus; p. 560. n. 1. Exceptis defenſoribus perſonarum miſerabilium; n. 2. Et tutoribus legitimis agnatorum. n. 3. An & ante redditas rationes ordinari poſſint? p.561. n. 4.

Ordinandi non ſunt, qui habent officia & negotiationes Clericis prohibitas. p. 560. n. 4.

Ordinandus an ſit, qui ſolvendis debitis eſt impar? p.561. n. 4.

Ordinari facilius ſolet mutilatus ſine culpa, quàm cum culpa. p. 562. n. 2.

Ordinandus non eſt, qui inhabilis eſt ad celebrationem Miſſæ. p. 565. n. 1.

Ordinari in Minoribus ex diſpenſatione Epiſcopi poteſt Mancus. p. 565. n. 2.

Ordinandus an ſit, qui amiſit dextri pollicis ungulam? p.565.

Ordines ab alieno ſuſcipiendi poteſtas an expiret morte concedentis? p. 627. n. 8.

Ordinatio.

Ordinatio generalis quando fieri poſſit? p.506. n. 2. In qua Eccleſia? p. 509. n. 4.

Ordinatio generalis in Sabbato cœpta poteſt in Dominica continuari, ſi Ordinans in Sabbato quoque ieiunet. p. 512. n. 2. Cenſetur utraque fieri unâ die propter Ieiunij continuationem. ibid.

Ordinatio ſubditi non ſui abſque facultate dicitur irrita; ſed tantùm quoad executionem Ordinis. p. 511. n. 1. p. 517. par. p. 519. n 6.

Otto M.

Otto M. primus inter Saxones Rom. Imperator. p. 323. n. 1.

Pactum Vide *Contractus.*

Pacti inſtar ſtatutum facere poteſt Communitas carens Iuriſdictione. p 19. n. 3.

Paciſci invitus nemo cogitur. p. 20. n. 3.

Pacto ſimplici negari poteſt Actio, non tamen obligatio. p. 22. n. 7.

Pacta potius quàm verba attendenda ad dignoſcendam contractûs ſpeciem. p. 35 n. 14.

Pactis familiæ contraria donatio valet, ſi fiat Eccleſiæ aut Cauſæ piæ; non item ſi Clerico. p. 43. n. 16.

Pactum in cultus divini diminutionem eſt invalidum. p.47. n. 2. Etiamſi ſit iuratum. p.48. n. 2. Aut à Papa confirmatum. n. 3.

Pactis privatorum etiam iuratis non poteſt Iuri publico derogari. p 48. n. 2.

Pactum de hæreditate viventis ſine eius conſenſu eſt irritum. p. 52. n. 7.

Pactum iuratum non tollitur per clauſulam: *non obſtante pacto.* p. 99 n. 2.

Pactum inducens ad peccatum vel diſſipationem bonorum eſt invalidum. p. 191. n. 1.

Ad Pactum à conſuetudine valet argumentatio negativa, non affirmativa. p. 191. n. 2.

Pacto & ſtatuto non poteſt introduci; quod nec conſuetudine. p. 191. n. 2. Econtra poteſt aliquid conſuetudine fieri, quod non poteſt pacto aut ſtatuto. ibid.

Pacto fieri non poteſt, quod nec ſtatuto. p. 192. n. 3. Econtra ſtatuto fieri poteſt, quod nequit pacto. ibid.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN